



*H. Cuiuslibet sunt formata & dicitur sicut dicitur in libro de...  
 et... et... et... et... et... et... et... et... et... et...  
 et... et... et... et... et... et... et... et... et... et...*

**Hagoge Joannitij in tegni  
 Galieni primus liber medi  
 cine. Lunctis philozopbari anbelantibus non minus neo  
 cessarius q̄ perucilis.**

*et... et... et... et... et... et... et... et... et... et...*

Hain. no. 9435



Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.





Edicina dividitur in duas partes: in the  
oriam: et practicam: quarū theorica diui  
ditur in tria. s. in cōtemplationem rerū na  
turalium et nō naturalium: et earum que sunt cōtra naturā:  
ex quibus egritudinis et sanitatis et neutralitatis et suarū  
causarū et significationū scientia pcedit. qñ extra cursum  
naturalem humores quattuor excreſcūt: ex qua occasione  
vel ex qua significatione egritudo habeatur.

#### ¶ De rebus naturalibus.

Es vero naturales s̄ septem. s. elemēta: cōmixtiōes:  
cōpositiones: membra: p̄tutes: operatiōes: et spūs. Et alij  
addiderūt bis alia quattuor. s. erates: colores: figuras: et di  
stantiam inter masculum et feminam.

#### ¶ De quattuor elementis.

Elementa sunt quattuor: ignis: aer: aqua: et terra.  
ignis calidus et siccus: aer calidus et humidus: aqua frī  
gida et humida: terra frigida et sicca.

#### ¶ De cōmixtiōibus.

Om̄mixtiōes sunt nouem: octo inequales: et vna  
equalis. de inequalibus vero quattuor s̄ simplices. hoc  
est calidū: frigidū: humidum: et siccum. et quattuor ex his  
a ij

compositae: s. cali. et hu. cali. et sicci. frigi. et hu. frigi. et sicci  
Equalis s̄o est q̄n cū moderatōe corpus incolume ducit.

### ¶ De humoribus.

Compositōes s̄t; quattuor: s. sanguis, pblegma: cholera  
rubea: et cholera nigra. sanguis est calidus et humidus  
pblegma frigidum et humidū: cholera rubea calida et siccā:  
cholera nigra frigida et sicca.

### ¶ De Pblegmate.

Pblegmatis aut̄ quinq; s̄t; modi. Est aut̄ pblegma  
salsum. calidius et siccius ceteris: infectū humore colerico.  
Et est pblegma dulce prinēs ad caliditatē ⁊ humectatōes  
infectū sanguineo. est etiā acre prinens ad frigiditatē et sic  
citatē: infectū melācholico. Est etiā pblegma vitreuz qđ  
nascit̄ ex magna frigiditate et coagulatōe: sicut in senibus  
naturali calore destituti. et est aliud frigidū et humidū: il  
lud s̄o saporem nō habet: sed p̄iam retinet frigiditatē et  
humiditatē.

### ¶ De Cholera rubea.

Cholera rubea quinq; modis constat. Est cholera ru  
bea clara vel pura naturaliter: et substācialiter calida: cui⁹  
origo est ab epate. est citrina: cuius exordii est ex cōpositi  
one aquosi pblegmatis ⁊ cholera rubeae pure. ideoq; est mi



nus calida. et est cholera similis vitellis ouorum: que nascit  
ex cōmixtione pblegmatis coagulati et cholere rubee clare  
que est minus ca. Quarto mō est cholera viridis quēadmo  
dū prassius: cuius origo magis est a stomacho q̄ ab epate.  
est aut cholera viridis quēadmodū viridis eris berugo: et  
vrit in modum veneni: nascit ex nimia adustione: que p̄ri  
um h̄z colorē p̄riamq̄ maliciā. ¶ De cholera nigra.

Cholera nigra duobus modis constat. Uno mō est  
naturalis in modū fecis sanguinis et eiusdem p̄turbatiōis:  
et cognoscit esse a coloribus nigris cū inferius vel sup̄ius  
extra manat: et iste modus est veraciter frigidus et siccus.  
est et alius modus extra naturalē cursum: et origo eius est  
de v̄sione cholericē cōmixtōis: et hic veraciter appellat ni  
ger: et est calidior et leuior a sup̄iori modo: b̄ns in se impe  
tum p̄necabilē et qualitatem perniciosam.

¶ De modis membrorum.

Embroy modi sunt quattuor. Eorū em̄ sunt quedā  
principalia. et s̄t quasi materia et fundamēta. s. cerebrū: cor:  
epar: et testiculī. et sunt alia quedam que p̄dictis p̄ncipa  
libus deseruiūt: vt sunt nerui que cerebro ministrāt: arterie  
q̄ deseruiūt cordi: vene q̄ deseruiūt epati: et vasa spermatica  
a iij

que testiculis sperma ministrat. Sunt ꝑo de mēbris alia  
ꝑꝑiam ꝑꝑutem bñtia. vnde eadem mēbra regunt et eorum  
qualitas cōstat: vt sꝑ ossa et cartillagines: et mēbrane q̄ sꝑ  
inter coriū et carnē: et muscoli: ⁊ pinguedo ⁊ caro. Alia sꝑ  
que ꝑꝑia ꝑꝑute cñta: tñ principiū habent et vigorē a prin  
cipalibus fundamētis: vt ē stomachus: renes: intestina. oēs  
qꝑ lacerti: beccm̄ sua ꝑꝑute ꝑꝑia appetūt cibū et mutant: ⁊  
opan̄ suos actus fm naturā. Habēt et alias ꝑꝑias ꝑꝑu  
tes decurrētes a principalibus fundamētis: de qꝑbus prin  
cipalibus constat sensus et vita cū voluntario motu.

**¶ De numero virtutū et diuisione.**

Virtutis itaqꝑ trina sit particio. Est ꝑꝑtus ani  
malis: est spiritualis: est et naturalis. Virtus  
siquidem naturalis vna est que ministrat: altera cui mini  
strat. Sed naturalis ꝑꝑtus cui ministrat mō generat: mō nu  
trit: modo pascit. Virg<sup>o</sup> autē que ministrat et non ministrat ei  
mō appetit: retinet: digerit: et expellit que deseruiūt pascēti  
ꝑꝑuti: quēadmodū pascēs ꝑꝑtus nutritibilis: et generāti ꝑꝑuti  
deseruiūt alie due: vna que immutat cibū altera q̄ info: mat:  
que a se differūt. Flā prior ꝑꝑtus immutat cibū: et ministrat  
ꝑꝑuti generāti sine informatōe. Scōda ꝑo immutat: et mi



nistrat generanti virtuti cum informatione. sed informatiue  
virtutis operationes sunt quinque assimilatiue: concaua: per  
forabilis: aspera: et lenis.

### ¶ De virtute spiritali.

Ex virtute spiritali duo procedunt. vnum operatiuum:  
et aliud ab hoc operatum. Operatiua spiritus est que cor dilatat  
et arterias: et iterum constringit. ab operata spiritus hec nascuntur: ira  
indignatio: victoria: dominatio: astutia: et sollicitudo.

### ¶ De virtute animali.

3. Diaca spiritus tria complectitur. est vna spiritus animalis que ordinat  
et componit et discernit. Secunda que mouet voluntario motu:  
tertia que sensibilis vocatur. De ordinatiua et discretiua et com  
positiua spiritus hec procedunt: fantasia in fronte cogitatio vel ra  
tio in cerebro: memoria in occipite. Virtus spiritus voluntarie  
mobilis lacertos quibus cetera membra mouentur mouet que vo  
luntario motu mouentur. Virtus itaque sensibilis constat visu: au  
ditu: gustu: odoratu: et tactu.

### ¶ De operationibus.

Operationes duobus modis sunt. Sunt operationes  
quarum vnaqueque singulariter quod suum est perficit ut est  
cibi appetitus per caliditatem et siccitatem: digestio per  
caliditatem et humectationem: retentio per frigiditatem

et siccitatem: expulsio per illud quod est frigidum et humidum. Sunt et cōposite que a duabus componunt: vt est desiderii et deportatio. nam desiderii virtute duplici componitur: quarum vna est que appetit. altera que sentit. stomachus enim suam inanitionem sentit. deportatio vero duplici virtute vel amplius componitur: vna que expellit: altera que attrahit vel sentit: altera que appetit.

### ¶ De spiritibus:

Spiritus igitur sunt tres. Primus naturalis qui sumit principium ab epate: scōs vitalis a corde: tertius animalis a cerebro: horum primus ab epate per venas que non hñt pulsus in totum corpus diffunditur: scōs a corde per arterias in totum corpus dirigitur. tertius sō per nervos in totum corpus a cerebro dirigit que in septima naturalium rerum parte. i. in spiritu cognoscuntur.

### ¶ De numero etatum.

Quatuor sūt etates. s. adolescētia: iuuet̃. senect̃. et senium. Adolescētia cōplexiōis videlicet calide et hūide est in qua crescit et auget corpus vsq; ad. xxv. vl. xxx. pueniēs annū. hāc iuuet̃ sequitur que ca. ē. et sic. pfectiōm sine dīminutiōe viriū corporis p̃seruās que. xxxv. vel. xl. anno finitur. huic succedit senectus frigi. et sic. in qua quidem minui et decrescere corpus



incipit tñ h̄tus nō deficit: quin̄q̄gesimoq̄nto anno vel sexa-  
gesimo p̄stens: huic succedit senitū collectiōe p̄blegmatici  
humoris fri. et hu. in quo virtus apparet defectus q̄d su-  
os annos vite termino metitur.

### ¶ De colore cutis et diuisione.

Color cutis duobus modis fit. aut .n. hūc interiora  
subministrant: aut exteriora deducūt. Ab interiorib⁹ autē  
duobus modis accidit. vel ex abūdantia: seu ab equalita-  
te humorū. Ab equalitate est ille qui est p̄positus ex albedi-  
ne et rubore. Ab inequalitate h̄o p̄cedūt niger: citrinus.  
rubeus: glaucus: et albus color. Color nāq̄ rube⁹ et niger  
et citrinus significāt calorem corpi dominantē: citrinus h̄o  
solus significat cholera ru. niger h̄o solus cholera nigrā.  
rubeus solus abūdantiā sanguinis. Albus nāq̄ et glau-  
cus abundantē frigiditatem corpi dominantē sed glaucus  
ex melācholia: albus ex p̄blegmate sui causas habere signi-  
ficat. Ab exterioribus nempe colores adueniūt. sicut ex fri-  
gore scotis: ex calore ethyopibus: ⁊ ex alijs multis accidē-  
tibus. sunt et alijs sp̄ales vel sp̄iales colores: aut ex timore  
aut ex ira: aut ex tristitia: vel ex alijs animi motibus.

### ¶ De coloribus capillorum.

Apilloy colores sunt quatuor: niger: rubeus: glaucus et canicis. Niger fit ex abundantia cholericæ incensæ vel cōbustione multa sanguinis: rubeus a nimietate caloris non adusti. vnde sp̄ fiunt rubei capilli: glaucus ex abundantia melancholie: canicis vero fit ex nimia defectiōne caloris naturalis et ex effectu putridi pblegmatis. hoc plurimum fit in senibus. ¶ De tunicis oculorum.

Oculorum tunice sunt septē: et humores tres. Prima tunica dicit̄ retina: s̄a secundina: tertia scleros: quarta tela aranea: quinta vnea: sexta cornea: septima iunctiua. humorū primus est vitreus: sc̄ds cristallinus est tertius albugineus qui est ante vneam tunicam.

¶ De coloribus oculorum.

Oculorum colores sunt quatuor: niger: subalbidus: varius: et glaucus. Aligredo fit ex defectu visibilis sp̄s vel ex perturbatione ipsius: aut ex penuria cristallini hūoris: vel qz plurimū residet interius ipse cristallinus hu. aut ex hu. abundantia qui est similis albugini oui: aut ex perturbatione ipsius: aut ex abundantia qualitatis vnei hu. Subalbedo fit ex septem rebus superioribus s̄rijs. s. ex abundantia sp̄s visibilis vel claritate ipsius: aut ex magnitudine



crystallini bu. et eminentia ipsius: aut ex minorantia albu  
ginei bu. et claritate ipsius: ⁊ defectiōne qualitatꝝ vnei bu.  
Uariꝝ vero colorꝝ et glaucus fit si conueniūt cum rebus  
que accidunt nigredini et subalbedini, Uariꝝ vero colorꝝ  
significat spiritū visibilem magis abundare et clarescere in  
sua varietate, Glaucus vero colorꝝ significat spm̄ visibilem  
minus abundare et subnigrescere in sua glaucedine.

### ¶ De modis qualitatꝝ corporis

¶ Di qualitatꝝ corporis quinqꝝ sunt: crassitudo nimia  
et extenuata macies: synthesis: squaliditas: et equalitas.  
crassitudinis due sunt species. s. abundantia carnis et pin  
guedo. Abundantia carnis fit ex abundantia calorꝝ et  
humorꝝ. Pinguedo fit ex fri. et hu. intensa. Pinguedinis  
diminutio vel extenuata macies fit ex ca. et sic. intēsa. Syn  
thesis fit ex fri. et sic. intensa. Squaliditas nempe fit ex fri.  
et intensa humiditate: aut simul vtriusqꝝ intensis. Equa  
litas itaqꝝ fit ex humorꝝ equalitate: corporis be sunt  
forme.

### ¶ De distantia inter masculum et feminam.

¶ Asculus a femina differt in eo qꝝ hic calidior et siccior  
est; illa e contrario frigidior et humidior.

# **I**ncipit tractatus rerū non naturalium: et primo de mutacione aeris.

**E**ris mutatio fit quinq; modis. aut em̄ fit ex anni  
temporibus. et ex ortu stellarū: et occasu: ventis:  
terris: et earum fumositatibus.

## **¶** De temporibus anni.

**A**ni tempora sūt quattuor: ver equale calidū et hu-  
midum. estas calida ⁊ sicca: autumnus frigidus ⁊ siccus. ⁊  
hyems frigi. ⁊ humi. Ex stellis immutat aeris natura. naz  
cū appropinquauerit sol stellis vel ipse illi. calidior fit aer  
et hec quidem bis a se separatis frigiditas aeris minuit v̄  
augetur. **¶** De numero ventorū et eorū qualitatibꝫ.

**E**nti quattuor sūt: subsolanus: fauonius: septentrio:  
et auster. quorū vnus habet virtutem frigidi et sicci. alter  
calidi et humidī. ceteri vero duo equalis virtutis sūt: quos  
rū vni. s. subfolano caliditas et siccitas: alteri vero. s. fauo-  
nio: frigiditas et humiditas attribuunt: et auster paulo ca-  
lidior et humidior: septentrio vero frigidior et siccior.

## **¶** De modis terrarū et earū qualitatibus.

**E**rrarū modi sunt quattuor: altitudo: profunditas:  
vicinitas montiū et maris: equalitas terrarū seu locorum



quibus terre a se differunt. altitudine et profunditate: quoniam altitudo frigiditate profunditas huic contrarium reddit. propter iniquitatem montium eueniunt hec: quoniam si ipsi fuerint a parte meridiana terra erit frigida: nam calidis montes meridiani obstant ventis: septentrionales venti frigidis eam experunt flatibus. Si vero septentrio montes habuerit superiori terre contraria erit. vicinitate maris: quoniam meridies calidus et sic septentrio frigidus et sic terram prebet. Preterea terre sui natura inter se differunt nam si fuerit terra petrosa: frigidus et sic. si vero pinguis et crassa: calidus et humidus. lutea autem frigidus et humidus erit. Immutatur quoque aer fumositatem videlicet paludum sine putredinis alicuius. unde fiunt morbi ac pestes in hominibus.

#### ¶ De exercitio corporis.

Exercitium immutat corpus: quia quoniam equalis est equalis prestat calorem: cum vero amplius fit magis calefacit: sed postea infrigidat et desiccatur. Oritur itaque corpus immutat quod si inequalis est: et frigiditatem facit et humectationem inequalem: si vero equalis equaliter.

#### ¶ De diuisione balnei.

Alnea autem sunt dulcis aque aut non dulcis: sed dulcis aque balneum remollit: calidum calefacit: et frigidum infrigidat

Ad dulcis & aque balneum desiccatur corpus. q̄ si ex aqua  
salsa vel amara siue sulphurea fuerit calefacit et desiccatur :  
si vero de aluminosa et gipsea in frigidat et desiccatur.

### ¶ De modis ciborum .

¶ Modi ciborum sunt duo. Est enim cibus qui bonum gignit  
bu. est malus qui malum gignit bu . Bonum autem gignit  
qui bonum sanguinem creat et equalem in comixtione et  
ope ut est panis mundus recens et fermentatus : et caro  
animalis agni et hedulina . Malus autem contraria opatur :  
ut est panis opyrus non recens : et bouina et byrcina caro  
vetusta . Preterea bonum malumque humorem creantium cibo  
rum duo sunt modi : grauis : atque leuis . Grauis est caro  
porcina et bouina : leuis pullozum : vel piscium caro medio  
crium magis mobilium et minus pinguium et squamosorum .  
Est et olerorum genus quod malum generat bu. s. cho. ru. ut  
est nasturcium synapsis et alleum Sunt et que generant melan  
cholicam sicut lens caules : caprina caro vetus et bubulina  
et sunt que generant pblegma : ut est caro porcellorum et  
agnorum portulaca et attriploter : Preterea grauis cibus  
gignit pblegma et choleramisgram . cibus leuis cho. ru.  
et uterque malus .



### ¶ De modis potationum.

¶ **D**di potationū tres sunt. Est potus qui nihil aliud est q̄ potus vt aqua: et est potus qui potus est et cibus vt vinum. Et est alius potus duobus p̄tinens superioribus: vt portio que dat contra morbi vitium aliq̄ vt mellicratū vel mulsa vel cōditū. Cibus vero huius utilitatis est quia reparat integritatez corporis recto ordine: potus vero hāc utilitatem p̄stat q̄ reportat cibū per corpus: sed illius potus utilitas quem potioni dicimus pertinere corporis naturam ad se conuertit.

### ¶ De somno.

¶ **O**mnis corpis immutat naturā: primū quia infrigidat exterius et calefacit interius: qui si prolixus fuerit ino frigidat et humectat. Vigilijs quoq̄ immutat corpus quia extrinsecus calefaciūt intrinsecus aut infrigidāt et desiccāt.

### ¶ De coitu.

¶ **C**oitus hoc p̄stat corp̄: desiccāt corpus et minuit naturalem virtutem: ideoq̄ infrigidat: multotiens vero ex multa concussionē corpus calefacit.

### ¶ De accidentibus anime:

¶ **U**nt quedā accidētia aie que faciūt infra corpus aliv quod sicut que cōmouent naturalem calorem ab interiori

parte ad supfitem cutis: aut impetuose vt ira: aut leuiter  
cū suauitate: vt delitie et gaudiū. Sunt aut que ad se cali  
ditatē contrahūt et celant: aut impetuose vt terror vel ti  
mor: aut leuiter vt angustia. et s̄ q̄ cōmouent naturalē vir  
entem intra ⁊ extra: vt est tristitia. Tria ergo cōtra naturā  
sunt: morbus: morbi causa: et accidentia morbū sequentia.  
Morbus est qui principaliter corpori nocet nullo media  
tore qui eum adiuet: vt calor in febre succedente.

#### ¶ De febribus.

Febris est calor innaturalis: cursum supergrediēs na  
ture: procedēs a corde in arterias: su oq̄ ledens effectū. cu  
ius s̄ tria genera: vnū in anima et dicit̄ effimera: aliud de  
humoribus qui putrescūt et putrida nūcupat: tertiū ledit  
membra solida: et ipsa est febica: quartū effimera nascit̄ ab  
accidenti occasione. putrida quoq̄ a putridis rebus. cuius  
modi simplices atq̄ singulares sunt quatuor. Primus est  
modus qui fit de putredine sanguinis cōburēs vtrāq̄ pte  
interiorē et exteriorē: vt ē synochus. Scd̄s q̄ fit de putre  
dine cho. ru. vt ē trit̄he. Terti⁹ fit ex putredine pblegmat̄  
vt est quotidianus. Quartus s̄o qui fit ex putredine melā  
cholic qui intermissis duobus diebus affligit infirmum et



Dicitur quartanus.

¶ De modis et speciebus februm.

¶ Di p̄terea februm ex putredine accidentiū tres s̄t.  
Est febris que quotidie minuit̄ vt paugmasticus. i. decre  
scens. Est que auget̄ vt augmasticus donec recedat. Est  
que in eodem statu p̄manet donec iterū recedat vt omothe  
nus. Cōtinua febris de putredine venarū fit declinās qui  
dem extra venas in aliquib⁹ corpis p̄tibus. Horripilatio  
fit in febrib⁹ ex infusiōe putredinis in sensibilib⁹ membris  
mordens ⁊ infrigidās. Ideoq; horripilatio fit in febribus  
q̄ h̄nt anesim. i. interpolationē: q; putredines extra venas  
sunt.

¶ De modis apostematum.

¶ Postematū aut̄ quattuor modi sunt simplices: aut. n.  
fiūt ex sanguine. et dicunt̄ p̄blegmones: aut ex chole. ru. et  
dicunt̄ herisipile: aut ex p̄blegmate qđ est coagulātū: ⁊ di  
cunt̄ vndimie vel cimie. i. tumor: aut ex cho. ni. et dūr cācri  
p̄blegmonū. Ex sanguine signa s̄t: hec: rubor duritia: pul  
sus: dolor: calor: et tumor. ex cholera ru. p̄blegmonū signa  
sunt hec: calor: rubor: mictus citrino color: magnitudo do  
loris cum punctione: et velox augmentatio. Ex p̄ble  
gmate p̄blegmonis signa hec sunt: albedo mollities: vt  
b iij

si digitū impesseris quasi signū facit foraminis: et est sine dolore. Hec sunt quoq; pblegmonis signa ex cholici in uena duritia cū nigredine absq; sensu.

#### ¶ De re naturali in humano corpore.

A hūano corpe vnaqueq; res naturalis si ipsam naturā retinuerit facit sanitatē. si ipso eam dimiserit: aut facit egritudinem: aut neutrum.

#### ¶ De generibus egritudinum.

Enera egritudinū tria sunt: consimile: officiale: et vniuersale. Est quidē egritudo cōsimilis similibus membris cōtingens que similia sortiunt vocabula cum eadem passione: vt est caro dolens. Et est officialis egritudo que accidit officialibus mēbris: sicut s; pedes; manus: lingua dentes &c. que nomina sibi sumūt ex sibi accidente infirmitate: vt podagra pedis: et ciragramanul: vel que nomina sumūt ex membris quibus accidunt: vt ciragra et podagra. Et est deniq; vniuersalis egritudo que sociat supradictis duabus: vt est membrorum seunctio.

#### ¶ De egritudinibus similibus.

Egritudines ergo que partium habēt similitudinē. vij. sunt quatuor simplices: & quatuor opposite. Simplices s;



aut ex sola caliditate: aut ex humiditate: aut fri. aut sic. Ex  
 his inter se iunctis s; quattuor cōposite: fri. et hu. fri. et sic.  
 ca. et hu. ca. et sic. Harū octo p̄ singulas duo modi s; egritudo  
 iudinis. aut em̄ fit ex q̄litate simplicī: aut ex būoris alteri⁹  
 cōmixtōe. Ex simplicī s; q̄litate cōtingit s; infirmitas  
 q̄ solidis accidit mēbris q̄ grece et bica dicitur. egritudo calida  
 q̄ ex būore accidit ē febris ex putredine vt sup̄ius dictū est  
 Egritudo frigida q̄ sine aliquo būore accidit est vt algor  
 ex nimia frigiditate aeris seu niuis. Et ē egritudo q̄ cū ali  
 quo būore frigido accidit: vt paralytis q̄ fit in toto corpe  
 aut in pte. Modus humecti morbi est q̄ fit p̄p̄te vt nō in  
 digeat alteri⁹ būoris admixtōe: vt ē frigidū vulnus vl' va  
 cuū vel fetidissimū cū tabiditate corpis: queadmodū infla  
 ta caro bydropicorū vacuo squalore torpēs. Morb⁹ vero  
 hūidus ē alios trabēs ad se būores vt bydropisis. Mor  
 bus siccus est sine būore vt spasmus q̄ fit ex inanitōe. mor  
 bus siccus est cū humore: vt cancer durus et siccus.

¶ De morbo in officiali membro.

Quib; in officialib⁹ mēbris accidēt quattuor s; ipsi  
 s; qui accidūt in plasmatioe. i. forma creature: et in q̄ntita  
 te membrorū et in naturalis numeri sup̄fluitate. et in mem

brorū positōe. Morbi officialiū in forma hoīs. v. modis  
fiunt in mēbrorū incōuenientia: vt est sēda capitis longitū  
do. In cōcauitatibus: vt si manū pedūq; cōcauitas caro  
ne replet. In poris vt eorū strictura aut largitas. In aspe  
ritate: vt gutturis aut pulmonis cānaliū asperitas. In leu  
nitate: veluti matricis lenitas vel stomachi.

¶ De morbo in quantitate membrorum.

Morbi in q̄ntitate membrorū fiunt ex abūdantia sper  
mat; cū mēbra crescūt amplius q̄ decet: sicut videm<sup>9</sup> fieri  
in magno capite: et in lingua grossa: aut vlcima puitate et  
indecenti: vt parū caput: stomachus: et epar. Morbi in  
numero membrorū fiūt aut ex augmēto: aut ex diminutiōe  
fm augmentū q̄dem aut ex cursu nature vt supflu<sup>9</sup> digit<sup>9</sup>  
aut extra cursum: vt lūbrici ascarides veruce et acrocordia  
nes. i. magne carnis additiōes vel veruce mag<sup>9</sup> late v<sup>9</sup> pori  
fm diminutiōz s̄o aut v<sup>9</sup>: vt oīm abscisio digitorū: aut par  
ticulariter vt ē vnius. ¶ De morbo in situ mēbrorū.

¶ A positionemembrorū fiunt morbi. aut ppter mem  
brū motionem de loco suo: aut ex dispositōe vicini membri  
vt sunt digiti et labia que conglutinantur vel adherent et  
non separantur. aut que separant et nō cōglutinant. Sed



separatio adherentis membri vtiliter fit aut in membris cō  
similibus : aut in officialibus. Consimilibus membris: vt  
ossibus: neruis: carne: venis : lacertis: et cute. q̄ si acciderit  
ossi: fractura dī. si carni ex recenti tpe: plaga dicit̄: si vero  
ex veteri : non t̄m̄ plaga s̄ putrida plaga nuncupat̄ : q̄ si  
venis neruis vel arterijs acciderit: alio atq; alio nomine nū  
cupat̄. si aut̄ euenerit medijs lacertis: cōtusio siue cōtritio  
nūcupat̄. si s̄o in cute : excoziatio dicit̄: que si inueterauerit:  
putrida plaga nūcupat̄. In officialibus vero membris per  
petua fit sepatio. vt est manus vel pedis abscissio.

#### De qualitatibus corpoꝝ.

Dipis qualitates sunt tres: sanitas: egritudo: et neu  
tralitas. Sanitas est temperamentum p̄ficiens vel custo  
diēs res naturales sc̄dm̄ cursum nature. Infirmitas est in  
temperātia extra cursum nature naturā ledens vñ sit lesio  
nis effectus sensibilis . neutrū quidem est : qđ nec sanum  
nec infirmū est. Sed neutralis qualitas tribus modis cō  
stat. vt si in vno corpe simul pueniant infirmitas et sanitas  
in diuersis mēbris: vt est in corpe ceci et claudi : siue in cor  
pore senis : cui nec vnū membrū remanet qđ non malum  
fiat et patiat̄ et si corpus hominis aliquibus horis sanū

fuerit. alijs ꝑo infirmū vt eorum qui estate infirmant: bye  
me sani sunt. qui aut frigidioris nature fuerint: bieme in  
firmanť: estate sani sunt: et qui humidā naturā habuerint:  
in pueritia infirmant: in iuuentute et in senectute sanant:  
qui vero siccam in pueritia sani sunt: in iuuentute aut et se  
nectute infirmant. In tribus inuenit̃ rebus sanitas et infir  
mitas et neutrū: aut in corpe in quo trium qualitātū vna  
queꝫ reperit̃: aut in causa faciente illas et regente et con  
seruante: aut in significationibus eas significantibus.

#### ¶ De modis occasionū.

Occasionis vero duo sunt genera: vnū est naturale:  
et est aliud extra cursum nature. Occasiōes aut naturales  
aut fatiūt sanitatem: aut conseruāt. Occasiones cōseruan  
tes pertinēt ad sanitatē: fatiētes vero ptinent ad infirmo  
tatē expellendam. Occasiones nō naturales aut que ultra  
naturā procedunt: alie ptinent ad infirmitatē: alie ad neu  
trū. Sed egre occasiōes fatiūt infirmitatē: et res easdeꝫ  
infirmitates conseruātes. Ille ꝑo que ptinent nec ad sani  
tatem nec ad infirmitatē constituūt neutrū atqꝫ cōseruant.

#### ¶ De occasiōibus sanitat̃ et infirmitatis.

o Animum occasiōnū sotletatem habentiū cū sanitatē



et infirmitate sex modi sunt: quousi vnus est aer: qui huma  
nū corpus circūdat: cibus et potus: motus et quies: som  
nus et vigilie: inanitio ⁊ repletio: et accidentia anīme: que  
omia si cū moderatiōe decenti fuerint: ⁊ in quātitate: qua  
litate: tpe: opere: et ordīne: cūstodiūt sanitatē ab accidenti  
bus: q̄ si cōtra hoc aliquid factū fuerit accidūt infirmita  
tes et pmanent. Modi occasionū infirmitatem patientiuz  
tres sunt. Nam alie sunt que vocant̄ primitiue que exteri  
us accidūt corpori: vt calor et frigus. Sunt et anteceden  
tes que admovent̄ intrinsecus in corpore: vt repletio ⁊ in  
anitio. Sunt ⁊ alie que vocant̄ cōiuncte: que dum adsunt  
adest infirmitas: ⁊ abeuntibus his infirmitas abest. vt pu  
tredo in febris. **¶ De diuersitate egritudinū.**

**¶** Egritudinū fm̄ aliam diuisionem modi s̄ duo: com  
muniter: aut proprie. Que cōmuniter accidūt aut acciden  
taliter aut necessario sūt: accidētaliter vero vt percussio: cō  
bustio: morsus: decerprio: et cetera res nōciue. Necessario  
vt alia supius mēorata. que vt dictū est s̄ sortia sanitati et  
infirmitati. Que vero pprie s̄ egritudines: aut sunt in eō  
similibus membris et conseruāt egritudinem aut officiali  
bus: aut in continua diuisione.

**De modis morborū ex calore pcedentium.**

**Q**ui morborū ex caliditate pcedentium quinq; sunt.

**P**rimus fit ex cōmōtione spūs aut ex commotione corporis : ex cōmōtione spūs vt ira : corporis vt labor. v'l supbia.

**S**ecūdus : vt est cōcursus visibilis caliditatis cū effectu vt bypantasis. i. expositio ad solē. **T**ertius ex caliditate corpori adueniente cū potestate qñ recipit caliditatem ex esu acruminū. **q**uartus fit ex interclusione poroz vt ex frigiditate byemis. **q**uintus fit ex putredine humoz vt in febribꝫ.

**De causis frigidoz morboꝝ.**

**E**cassiones frigidoz morboꝝ octo sunt. **P**rima occasio est occurus frigoris visibilis cum effectu vt frigiditas niuis. **S**ecūda vt frigiditas opij adueniens fortiter būano corpi. **T**ertia ex abundantia ciboꝝ corpi adueniente atq; replente et extingente naturalē calorē. **Q**uarta ex paruitate ciboꝝ vnde calor naturalis extinguit. **Q**uinta vero ex abundantia frigoris vel humoris frigidi poros obturantꝫ vñ naturalis calor minuitur. **S**exta ex dissolutione et apertione corpis ad dissoluendū et euacuandū naturalē calorē. **S**eptima ex commotione et exercitio nimio vñ fit multa dissolutio humoz et euacuatio et sudor vnde attenuatur



corpus. Octaua vero fit ex requie et ociositate multa

#### ¶ De causis siccoꝝ morboꝝ.

Jecoroꝝ morboꝝ occasiones sunt quatuor. Prima oc-  
casio est occurſus aliene ſiccitatis viſibilis ac manifeſte cū  
effectu: vt veneni ſiccitas. Secūda vero ex aduentu ſicce rei  
in corpe cū forſitudine: vt acetū: ſal. ſynapis. Tertia parui-  
tas cibi et potus. Quarta commotio nimia et exertitium.

#### ¶ De causis morboꝝ humidorum.

Occaſiones morboꝝ humidoꝝ quattuor ſunt. Pri-  
ma vt occurſus rei afferentis humorem cū effectū: vt bal-  
neum. Secūda vt ingreſſio rei afferētis humorem cū virtute  
in corpe vt recentes piſces. Tertia autem vt nimietas cibi  
et potus. Quarta ſicut requies et ocium.

#### ¶ De modis morboꝝ ex innaturali malicia.

Modi morboꝝ ex innaturali malicia cū aliquo hūore  
de currentiū ad infirma loca quattuor ſunt. Primus eſt  
virtus membri impellētis: et debilitas membri ſuſtinentis  
Secūdus multitudo humoris. Tertius debilitas virtutis  
nutrientis. Quartus largitas vię porozum.

#### ¶ De malicia egritudinis.

Malicia egritudinis ingredit̄ et ſuperuenit in cōſimile

membriū naturale quinq; modis: aut contingit in vtero ma-  
terno: aut in tēpe natiuitatis: aut cum cōstringit fascia:  
aut ex malo nutrimento siue ex aliqua infirmitate adueniente  
in predictis temporibus vel postea. Si tpe conceptionis  
in vtero debilitat aliqđ cōsimile membrū fit ex abūdantia  
spmatis: aut ex paruitate et indigētia cōuenientis qualitatē  
spmatis vt si fuerit grossum ⁊ pingue: vel aquosum et tenue  
Quā hō nascit infās debilitat aliqđ in eo membrū si egres-  
sus fuerit nō eā sed mala egressione. vt supīnus: aut sup ge-  
nua incuruus. Cum igit fascia constringit incōueniēti cō-  
strictione duplicatus debilitat. Quando aut nutritur ma-  
le et incōuenienter lac sugendo vel accipiendo debilitatur.  
His vero tēporibus vel postea infirmitate accidēte egritu-  
dinis malicia cōsimili membro supuenit ex cuiuslibet ner-  
ui incisione. Et si passus fuerit ex aliquo accidenti siue de-  
bilitatem seu vulnus vel apostema.

#### ¶ De egritudine membrorū cōsimiliū.

Agredit egritudo cōsimile membrū naturale septem  
modis: aut ex obstetrice si culpā habuerit cū tenet infantē  
vlti si permiserit ambulare ante congruū tempus: vel ex me-  
dico si contracta et collisa membra ignoranter cōstituerit



et constringerit: ex infirmo si ea commouerit a medico composita anteq̄ solident et firma sint: ex fractura vt si super musculū vertebri quod in femore est contorqueatur coxa: aut ex concussionē: vt si comprimatur nasus et accidet vt fiat sinus: aut ex malo humore qui accidit leprosis siue ex paruitate humoris accidente p̄siccis.

### ¶ De modis constrictionis pororum.

Constricō pororū fit tribus modis: vel occasiōibus: aut ex constricōne attenuatoria: aut ex carnositate siue ex coartatione. Constricō vero fit: aut ex nimietate virtutis retinentis: aut debilitate virtutis expellētis: aut ex abundantia frigoris: aut ex abundantia p̄stricōne comprimente aliquam partem loci: vt sepe fit ex ligatura constricta: aut ex abundantia siccitatis. Ex carnositate vero constringunt porū. vt si acciderit aliq̄d apostema et fiat carnositas: aut si prius euenerit aliquod vulnus. ex coartatione vero cum deciderit aliquid in poris vt humor siue lapis seu coagulatus sanguis: aut aliquod latitans in eis vt superflua caro et scabies. Largitas quoq̄ pororum quattuor fit modis: aut ex multa cōmotiōe impellētis p̄tuitis: aut ex debilitate retinētis: aut ex abundantia caloris et

c ij

humorum: aut ex medicamentis aperientibus. Lentas accidit duobus modis: videlicet deintus et de foris: sed intus ex hu. viscoso liqfacto foris pro ex cera liqfacta cum unguento. Aspiras aut duobus modis fit: deintus: et foris: intus namque ex superfluo et acuto humore. foris vero ex fumo et puluere.

#### ¶ De supfluitate membrorum in numero.

Uperfluitas membrorum in numero accidit duobus modis. Nam supfluitas si fuerit naturalis erit ex supfluo humore naturali et bono: vel ex abundantia virtutis informative: quasi fuerit extra cursum naturalem erit ex humore non naturali et inconuenienti: aut ex abundantia spiritus vel debilitate.

#### ¶ De diminutione membrorum

Diminutio membrorum in numero duobus similiter fit modis: aut interius: aut exterius. Interius propter diminutionem humorum: exterius ex combustionem ignis: aut ex frigore: siue putredine: siue incisione. Putredo autem accidit: aut ex portione mortificante aut putredine faciente: aut ex contractionem et retentionem illius humoris qui soluitur.

#### ¶ De magnitudine membrorum.

Magnitudo membrorum tribus modis fit: aut ex multitudine humorum: aut ex abundantia virtutis: aut ex commixtione



vtroque. Paruitas fit tribus modis similiter: aut ex debilitate virtutis: aut ex minoratione humoris. aut ex infirmitate exteriori: vt ex incisione vel combustione ignis siue ex frigore niuis.

### ¶ De commotione membri

Commotio membri de suo loco duobus modis fit: aut ex commotione voluntaria. aut ex humore vicino equitati dissoluenti membrum. et lubricum facienti. Membrum vel os egreditur a sua iunctura: et mutatur duobus modis similiter: aut ex iunctura in qua non conuenit separatio: aut ex separatione vbi non conuenit iunctura. Si ex coniunctione hoc fuerit sine separatione: aut erit ex humore acuto patiens: aut ex accidenti vulnere: aut ex spasmo: Si vero fuerit ex separatione vbi non conuenit coniunctio: aut ex grosso humore: aut ex accidenti vulnere: aut ex spasmo.

### ¶ De separatione iuncture.

Separatio iuncturarum duobus modis fit: aut intrinsicus: aut extrinsecus. Intrinsicus fit aut ex humore acuto et incidenti: aut ex ventositate pingui distendente vel dissipante. Extrinsicus vero fit aut cum scissura aut fracture: aut exercitio nimio: aut incisione vt ensis: aut quod  
c iij

distendit vt funis: aut quod cōrundit vt lapsus.

**¶ De modis et numero significationū.**

Genera significationū sunt tria. alia em̄ significant sanitatem: alia egritudinem: alia neutrū. quarū significatio num vnūquodq; genus in duo partitur: sunt em̄ que significant de officialibus membris: et sunt que significant de cōsimilibus membris. Cōsimiliū partū significationū duo sunt modi: alie enim sunt substantiales: alie accidentales. Substantiales vero vt est calor frigiditas: siccitas: et humectatio. Accidentales aut̄ quedam significāt: aut per tactum: vt durum molle: quedam per visum vt coloratum: quedam per perfectionem virtutum vt sunt operationes plene et perfecte.

**¶ De signis officialium membrorū.**

Significationū egritudinis membrorū officialiū duo sunt modi similiter: substantiales: et accidentales: Substantiales significationes quattuor sūt: ars: modus: numerus et positio. Accidentales significationes similiter quattuor sūt bonū: malū: pfectū: et impfectū. Genera significationū efficientiū suū genus tria sūt. quedā sunt q̄ significāt p̄tertaze rē q̄ iam ab̄it et dicunt̄ cognitiua vel agnitiua: vt vidētes



corpus humidū agnoscimus q̄ sudor p̄cessit. Alia signifi-  
cant p̄sentia et agnoscunt per significatōes veluti cū inue-  
nit̄ pulsus magnus et citatus intelligim⁹ q̄ significat calo-  
rem sup̄antem. Sunt et alia q̄ significāt futurū et āncedit  
agnitio: vt cū viderimus labiū inferius citari p̄cipim⁹ vo-  
mitū accidere q̄ postq̄ acciderit vocat̄ p̄cessio significatia.  
Sed inter significatōes et accidētia distat: qm̄ est diuisio  
cū augmento inter eas: q̄ si vn̄quanḡ diuisionū harum  
scrutari volueris vn̄a habēt habitudinē: sed infirmo bec s̄z  
accidētia: medico aut̄ significatōes.

#### ¶ De signis accidentiū et numero:

Accidētia ergo significatia tria s̄z. Aliud em̄ opatia  
p̄tus mutata sicut indigestio: aliud aut̄ corporis qualitas  
mutata vt icteritia: aliud exiens a corpore vt nigra vrina.  
Virtus opatiua mutata triplex est: aut em̄ ex toto est sicut  
indigestio: aut ex pte sicut oculoꝝ obscuritas vel tarda di-  
gestio: aut de qualitate in qualitatē velut de bona in fumo  
sani vel acidam q̄si sicut musca vel ligna oculis apparētia  
aut ex pte visus obscuritas. ¶ De modis mutatōis q̄litat̄.

Qualitatis mutate corp̄is significatio quattuor modis  
fit: aut em̄ per visum sicut icteritia vel morphea et nigredo

lingue et similia: aut per odoratū vt anbelitus fetidus: vel sudor vel polippus: vel bircus et similia: aut per gustum vt falsum amarū vel acidum: aut per tactum vt molle et durum. Exiens a corpore bipartita est significatio: vna cum sonitu: altera sine sonitu. cū sonitu: vt oris ructus: vel intestinorum rugitus: vel per anū ventus. Eius ꝑo q̄ est sine sonitu in naturalī tripl̄r habet: alia q̄ntitate vt lienteria: alia qualitate vt vrina nigra: alia vtracq̄ vt sanguinis fluxus.

#### ¶ De mutatione membrorum.

**III** Embrozū mutatorū significatio bifariā diuiditur intrinsecus videlicet: et extrinsecus. Intrinsecus modi sunt sex: alia em̄ a mutatione operatiue virtutis in membro: alia ab exeuntibus a corpore: alia ex dolore in membro vicino pertinenti. alia ex proprio loco: alia ex innaturali semotione de loco: alia ex patientis iudicio. Extrinsecus fit tribus modis: aut per visum vt album vel nigrum aut per tactū vt durum et molle: calidū et frigidum: aut p̄ vtrunq̄ vt magnū vel paruum: plus vel minus.

#### ¶ De occasionibus egritudinū.

Occasiones egritudinū tres s̄t. nature mutatio officialis membr̄: incōueniens habitudo: iuncture separatio.



## ¶ De operatione medicine.

Operatio medicine habet triplicem effectum: aut efficit custodit sanitatem secundum multitudinem suam. aut ex infirmitate facit sanitatem: aut e contrario. Regendorum sanorum triplex modus est: egrotare pati: incipientes infirmari: et defecti. Infirmari patos supradictorum sex competenti moderatione regimus. incipientibus infirmari duplicem curam adhibemus: aut enim cibum superabundantiam trahimus: aut nature defectionem reparando predictorum sex que necessaria sunt adhiberi precipimus. Defectorum alij infantes: alij senes: alij ex infirmitate conualescentes.

Omnia medicina: aut est uniuersalis: aut particularis. Uniuersalis est sex precedentium recta ordinatio. Particularis per contrarium fit triplex. alia enim in consimilibus membris. alia in officialibus membris: alia in iuncturarum separatione. Assimulatiua membra mutata reddimus similitudini. et in sua qualitate stare colligando compescimus. Loca uero si preter modum ampliata fuerint ad sui modum restringimus et quietem inducimus si minus contrarium. In largis autem similiter addito contrario cause uel uicium acciderit: foramina strictiora suo modo. Si de uirtute contentiue

virtutis contigerit fomentis et cathaplasmate mollimus:  
Quod si de expulsive est defectu diaforeticis et confortati-  
uis: si de stiptica causa mollificatione: si de sicca humectae-  
tione: si de constrictiōe solutione. Ea vero que naturali de-  
positione fuerint mutata suo loco restituimus: si de apo-  
stematē: apostema maturando sanamus. si de naturali iun-  
ctura: eam aut aperte suo medicamine aut cyrurgia disūgi-  
mus: si de qualibet nascentiā ipsam delemus: si de asperis-  
sitate lenitate: si de lenitate asperitate.

#### ¶ De ablatione superfluitatis.

Superfluitatem in nūero aut tollimus ex pte vt scro-  
phulas: aut ex toto vt cancrū: separationem in numero sana-  
mus si ex abundantia sanguinis fit: in omni etate tollim⁹  
si ex spermate in pueritia tñ sanamus puitatem membro-  
rū moribus et fomentis admodū augmentamus: magni-  
tudinē vero comprimendo quiete mutamus ⁊ minuimus  
Dutationē membri de loco suo reddimus loco proprio  
duobus modis: aut tñ separatū iungimus: aut iunctū se-  
paramus. Necessaria ad separatorū iuncturā quattuor sūt  
sepata iungere: iūcturam custodire ne rescindatur: defende-  
re: naturam loci custodire.



## ¶ De sufficientia et diuisione medicine.

¶ Omnis autē medicina est aut eorū sex que supra diximus temperata exhibitio: aut potio: aut cyrurgia

Operatio medicine habet triplicem effectū: intus vt ea quæ ore aut naribus auribus siue ano siue vulua intromittamur: foris vt epichima cataplasma emplaustra et similia que foris operant. Medicine interioris operatio in tria diuiditur aut enim soluit vt farmacia aut comprimere vt coctana: aut mutat qualitatem vt aqua frigida in febribus. Eius autē effectus quadruplex est: aut enim minuit abundantiam vt farmacia: aut replet inopiam: vt carnem vel sanguinem: aut constringit solutum vt stipticū: aut mutat qualitatem vt frigida aqua in febribus.

## ¶ De Cyrurgia.

Cyrurgia duplex est: in carne: et in osse: in carne vt incidere suere coquere: in osse vt solidare aut innectere aut reddere. Specierum cognitio quinque modis fit qualitatis: quantitatis: temporis: ordinis: boni maliue discretio.

¶ Finitur Hagoge Joannici. Impresse Lypzck per Baccalarium wolfgangum monacensem, Anno nonogesimo septimo die xxvij, May)

¶ In Calendario et almanaco noni regis et Inno de Luna agitur in  
V. octavo. ¶ In isto ad finem domini. ¶ Sed si fuerit fons de  
deas deures, in quibus et Insuper fons habeas. Balnea purgante, magis  
ne cadat, exordium, dicitur et colli, curvatura ne apponit, et ut fons  
6 quae Luna in duos signos huiusmodi effectus ad in, quo impedita ne fons  
et sunt h. In duos esse Luna agitur in 8. Hanc. In quibus fons et patelle  
esse voluerit, dicitur, quibus planta, dicitur esse. In fons et fons, dicitur  
et in fons et matris, dicitur esse de Hanc et dicitur esse

Luna agitur in 8. In fons et Hanc quibus non duo esse voluerit, quibus ad  
Luna dicitur ad duo dicitur et dicitur et in fons et dicitur esse  
Luna agitur in 8. In fons et Hanc quibus non duo esse voluerit, quibus ad  
Luna agitur in 8. In fons et Hanc quibus non duo esse voluerit, quibus ad

nona ne dicitur nec dicitur, In fons et dicitur ad dicitur et dicitur  
¶ In Luna in dicitur in fons, quibus h. dicitur esse opus, In fons et dicitur  
quibus et dicitur et non dicitur. ¶ In Luna in 8. In fons et dicitur quibus

¶ In quibus ad finem, In fons et dicitur quibus, In fons et dicitur et dicitur  
In fons et dicitur quibus et dicitur et dicitur, ¶ In Luna agitur in 8. In fons et dicitur  
In fons et dicitur quibus et dicitur et dicitur, ¶ In Luna agitur in 8. In fons et dicitur

Luna in aqua. ¶ In fons et dicitur quibus, In fons et dicitur et dicitur  
et dicitur et dicitur, ¶ In Luna agitur in 8. In fons et dicitur quibus  
¶ In fons et dicitur quibus et dicitur et dicitur, ¶ In Luna agitur in 8. In fons et dicitur

¶ In Luna agitur in 8. In fons et dicitur quibus, In fons et dicitur et dicitur  
¶ In fons et dicitur quibus et dicitur et dicitur, ¶ In Luna agitur in 8. In fons et dicitur

¶ In fons et dicitur quibus et dicitur et dicitur, ¶ In Luna agitur in 8. In fons et dicitur  
¶ In fons et dicitur quibus et dicitur et dicitur, ¶ In Luna agitur in 8. In fons et dicitur

¶ In fons et dicitur quibus et dicitur et dicitur, ¶ In Luna agitur in 8. In fons et dicitur  
¶ In fons et dicitur quibus et dicitur et dicitur, ¶ In Luna agitur in 8. In fons et dicitur

¶ In fons et dicitur quibus et dicitur et dicitur, ¶ In Luna agitur in 8. In fons et dicitur  
¶ In fons et dicitur quibus et dicitur et dicitur, ¶ In Luna agitur in 8. In fons et dicitur



Quod bono bono in ventro

et ubi respicit

Harum & aqua / bono ac tu sub suis signis b placare fuisse & arboris

Harum aqua . ac tu in bono signo balneum b bono . signa aeris vix p

Cancer <sup>bo</sup> indifferens . bono y robore p<sup>o</sup> partus & pulmonis . balneum  
y<sup>o</sup> y<sup>o</sup> & medior<sup>o</sup> in ventro p<sup>o</sup> partus . farina in albedi & porobis  
Cancer . signa aqua . vix y robore

leo <sup>in quoniam</sup> mada - lava a vomitu . b signa y<sup>o</sup> y<sup>o</sup> pro flogmatico vix ad

Virgo indifferens . demare & plata bono . farina in dmbz b si fuerit

libra <sup>ma fa bona in quoniam mala</sup> bono . p<sup>o</sup> notes . bal bono et vobis p<sup>o</sup> docti & renal . fax in

Virgo <sup>in quoniam</sup> aqua - balneum bo & vobis p<sup>o</sup> vaxanda . bono in porobis y p<sup>o</sup>

Virgo bo p<sup>o</sup> copab & lava . bal bono & in vobis . b signa y p<sup>o</sup> plate

Virgo indifferens demare bono . b fuerit vix pro sanguis

Virgo bono p<sup>o</sup> thiat ophind in ventro farina in oby axid aqua

Virgo <sup>bono b su p<sup>o</sup> thiat</sup> aqua . p<sup>o</sup> notes . bal bo . vix in vobis

Virgo bona extractio sanguis p<sup>o</sup> thiat . bona p<sup>o</sup> pono bo p<sup>o</sup> .  
farina in vobis . b signa aqua & vix pro robore

Virgo aqua tota de vena bene fundit vena sagitta

Virgo aqua p<sup>o</sup> vix media . vena duo mala

Virgo vena vaxanda . vena y p<sup>o</sup> vaxanda


Virgo aqua p<sup>o</sup> vix media . vena duo mala


Virgo aqua p<sup>o</sup> vix media . vena duo mala

Virgo aqua p<sup>o</sup> vix media . vena duo mala
































Hunayn ibn Ishaq al-'Ibadi, 809?-873 (known as Joannitius). Isagoge ad Tegni Galieni.  
Leipzig: Wolfgang Stockel, May 27, 1497. (printed book)  
Exhibited 5/17 - 7/14/2000: p.iii

★ ★ ARMY ★ ★  
MEDICAL LIBRARY  
Cleveland Branch

W2 230 A931: 1497

